



1670/29 7
Q. D. B. V.
ORDINIS ET METHODI COGNOS-
CENDI PRÆCAVENDI CURANDI

EBRIETATEM ET INDE ORTAM CRAPULAM

editio Secunda

hanc

priori longè auctiorem

Indultu & Autoritate

illustris medicorum collegii in florentissimâ Salana
publicè ad disputandum proponunt

PRÆSES

JOHANNES RIKEMANNUS,
Luneburgensis, Medicinæ Doctor,

&

RESPONDENS

GABRIEL Loner,

Vinariensis,

ad diem Februarii 1670. h. l. q. c.

*— — — sit vinosa &
bibula charta licet, sobria vita tamen.*

JENÆ, Stanno Johannis Jacobi Bauhoferi.

SERENISSIMO, CELSISSIMO QVE
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
BERNHARDO,
DUCI SAXONIÆ. JULIÆ. CLI-
VIÆ ET MONTIUM. LANDGRA-
VIO. THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIÆ.
PRINCIPALI DIGNITATE COMITI. HENNEBER-
GIÆ. COMITI. MARCÆ. ET RAVENSBUR-
GI. DYNASTÆ. IN. RAVENSTEIN.

PRINCIPI. AC. DOMINO. MEO.
CLEMENTISSIMO

*cum omni & summo omnium felicitatum voto,
Medicam hancce Dissertationem*

*summâ animi reverentiâ, & de-
votissima humilitate
offerens
dicat atq̄ consecrat*

VESTRÆ SERENISSIMÆ CELSITUDINIS

subjectissimus

Gabriel Zoner.



DEO DUCE, COMITE LABORE.

PROOEMIUM.



Brietatem quàm minimè homi-
ni conveniens vitium esse, ad u-
num omneis, quorum de melio-
re luto finxit præcordia Titan,
semper affirmarunt. Nihilomi-
nus tamen nullo non tempore
sunt inventi, imò hoc potissimum inveniuntur,
qui adeò huic addicti malo, ut si votis quid im-
petrare possent, sibi exoptarent cum Philoxeno
ad perfruendam diutius descendendum in ven-
triculum in gestorum svavitatem, collum gruis
vel cum Philotoconistis, ut in balænas conver-
terentur, dummodo mare mutaretur in pretio-
fissimum vinum in quo continuò se volutarent;
quid quod non dubitarent efflagitare illud mor-
tis genus, quale sibi quidam Angliæ Comes exo-
ptavit, ut scilicet vino malvatico seu alio liquo-
re, palato ipsorū pergrato, suffocati exspirarent,
quàm talem gulæ voluptatem abnegarent.

Verùm quanta exinde malorum machina,
quantaque ad morbos hâc ratione paretur via,
subsequentes nos edocebunt paginae.

A 2

Ideo

2.
Ideo non speramus frustraneam nos loca-
turos operam, si ebrietatem medicè pertractan-
dam in manus sumserimus.

Hoc antequam fiat summi Numinis auxili-
um ad præsens negotium implorandum, ejusq;
gratiosa præsentia decenter & ardentè exoran-
da erit.

Si enim Maorianorum familia eò abiit spei,
ut sibi polliceri potuerit, se in quovis actu juva-
ri suo, si viri in auro & argento, mulieres in reti-
culis & dextrogeriis, imò in annulis & omni or-
namentorum genere exsculptum semper habe-
rent Alexandrum Magnum; quanto rectius
quantoque majore jure Dei nostri verè præsen-
tis & juvare valentis orabimus & exorabimus
præsentiam, quo pertractanda in sui vergant
nominis gloriam, nostrumque emolumentum.

Adesto ergo tuâ gratiosâ præsentia Deus be-
nignissime, ingressus, progressus, egressusq; no-
stros devotè quæsumus, dirige.

C A P U T I
definitionem nominalem
proponit.

MOrem hæcenus usu receptum, observaturi, monitum Epi-
scopi: δεξιῶν τῆς πειθοῦς τῶν ὀνομαστικῶν εἰς τὴν
ψῆφον, principium doctrinæ nominum disquisitionem esse; in-
ocu-

1001

A



3
oculis habebimus, nominisque notationem, & quæ circa eam inquirenda Philosophorum schola inſtituat, prius evolvemus, quam rem ipsam aggredimur.

ET ETIMO A O P H T O N est vocabulum.

DERIVATUR ebrietas grammaticè ab ebrius, sicut albedo ab albus. At logicè denominans forma est, à quâ quis denominatur ebrius, sicut ab albedine denominatur quid album.

HOMONYMIA notatu digna. Discernenda accuratè erit, ebrietas ab ebriositate. Ebrietas quippe notat solummodo actum, præscinditque ab habitu & continuato tali excessu, quapropter vitium propriè, quod temperantiæ reclamet, appellari nescit.

Ebriositas verò notat studium potu crebrius se ingurgitandi & cum voluptate circa hoc objectum externum excedendi. Inde & in vitiorum classe, quæ intemperantia sub se complectitur, continetur. Hoc intuitu ebrius est, qui hoc vel illo tempore potu plus justò se replevit. Quia tamen rarò factum, nec forsàn studio, una vel altera actio non introducit habitum vitiosum, ob id ab ebrioso multis distat parasangis, quippe quem ex habitu inebriatum & studio excedentem significare docet moralis Philosophia.

At ne sic quidem satis liberata erit ab æquivocatione ebrietas. Cum enim pro diversitate considerandi ad diversas spectet disciplinas, necessum esse arbitramur hîc apponere, nos ebrietatem ita esse tractaturos, non falces nostras in alienas messes mittendo, sed causas tum internas tum externas inebriationis unà cum methodo præservatoriâ & curatoria, symptomatumque eam *quæ dicitur in morem* sequentium mitigatoriâ, proponendo.

Porro, cum vocabulum ebrietas in latâ significatione sumptum eis quoque imponatur, qui ex assumtis in paulo majore quantitate rebus inebriandi vi præditis se solito hilariores exhibent, eam hujus loci non esse arbitramur. Illam hîc intellegendam volumus ebrietatem, quâ quis ad ambas usque aures, quod dicitur, est oppletus, ut neque pes neque manus suam faciat officium.

SYNONYMA aded vulgata sunt, ut vix mereantur meditationem. Ne tamen aliquid dissertationi desit, recensebimus ea, cum fortassis ex tam horrendis quibus indigitatur epithetis unus

artemque alter commoveri posset, ut cane & angue pejus hoc vitium fugiat. Audit tamen & potissimum codici sacro, flagitiorum omnium mater, culparum materia, criminum radix, noxia pestis, iationis hostis, artium & disciplinarum pernicies, insania momentanea & voluntaria.

κραιπίλη *crapula* quoque dicitur, quamvis alii malint noxam à vino contractam voce *crapula* venire, afferentes, ebrietatem esse à calido subtiliq; vini similisve potus vapore, superflite, adhuc eo liquore in stomacho & corpore. Crapulam verò esse pridianæ ebrietatis cruditatem, qua nauseat ventriculus & pravis exercetur symptomatibus. Hanc differentiam etiam germanica agnoscere videtur lingua, dum ebrietatem vocabulo est *Kausch/das voll sauffen* / *crapulam* autem voce die *Bier-Krankheit* effert atque exprimit.

C A P U T II

descriptionem & ejus formalem rationem explicat.

Nunc recto tramite ad *πραγματολογίαν* accedo.

Ordinur autem eam à definitione quæ est *λόγος τῶ ἐναὶ δηλῶν*, oratio quæ ipsam rem declarat, vel potius descriptione, quæ in ejus locum substitui potest.

Ἐπιτομή, autore Galeno libro de medicis finitionibus, *ἔστι λόγος τῶ ἐναὶ δηλῶν ἐμφανίζων τὸ πρᾶγμα*. Descriptio est oratio, quæ res per eandem imaginem representat.

EBRIETAS est sensio molesta actionum principum, sensuumque tum interiorum tum exteriorum, dependens à materiâ inebriandi vi præditâ, spirituumque animalium influxum in organa sensus & motus inhibente.

Sensio molesta, in qua ratio formalis consistit, generis locum obtinet. Tantum abest, ut actiones principes & minus principes suas operationes exercent, ut planè videantur abolitæ, nec ovum ovo aut lac lacti tam sit simile, quam ebrius apoplectico. Unde &

Hen-

Henricus ab Heer observ. 19. recenset historiam viri, in quartam usque diem ebrui, cujus caput trepano aperire medici decreverant: cum apoplecticum illum crederent.

Sensus externi cum internis cessant.

Imaginatio quiescit, perit memoria, nullus acclamantium sonus percipitur, omnia rigent membra.

Motum perire in ebris multis demonstrare, esset actum agere. Ad sensum oppidè patet, illos neque crus neque manum de loco movere, sed instar trunci immobiles, & tanquam in terra radicatos jacere.

Denegato spirituum animalium influxui hæc esse adscribenda concedet omnis, exploratum habens à spirituum legitimo motu dependere sensum & motum.

Sed videor mihi audire quosdam contra hoc assertum meum inferre, non posse fieri, ut actiones animales in ebris cessent, quin potius augmentur & alacriores redduntur ad sua officia, peragenda cum sæpius talia, ab illis, qui Baccho litant, peragantur, quæ à nullo sobrio possent expectari. Et ne solùm dixisse videantur, exemplorum appositione suam probatum eunt sententiam.

Ad exemplum Regis Cambyfis provocant, de quo fide dignissimi referunt historici, illum quàm ægerrimè tulisse temulentia oburgationem consiliarii sui Prexaspis. Ut autem ipsi testatum faceret sibi inter pocula mentem esse integram, jussisse ejus filium in convivium adduci, ad limen janua collocari, sinistra manu capiti imposita: ipsam, verò Cambysem postmodum arcum intendisse, & sagittâ ad cor directâ, illud vulnerasse, patrem, spiculum in corde infantis adhuc hærens, monstrando interrogans, certasne haberet manus?

Nec in unius exempli ratione acquiescunt sed pro ulteriori confirmatione, homines scilicet longè alacriores reddi ad exercendas mentis operationes, cum vino madent, quàm cum sunt sobrii, sistunt nobis Poëtam Alceum. Hujus memorabilis fertur ebrietas. Semper potui indulgere inventus, sua poëmata, quæ non in minore sunt laude quam Homeri aut Virgillii, ebrius scripsit.

Recitant quoque & sibi ex usu esse arbitrantur consuetudinem

nem

6. . . .
nem Ennii, qui nunquam carminibus scribendis se accingebat, nisi vino madidus.

Ut & illud in medium afferunt quod de Lampride narratur, qui cum vino ingurgitatus multa appositè diceret & responderet, se thuri similem esse fatebatur, quod non nisi calefactum suavem spirat odorem.

Quin imò citant morem Perfarum, qui postquam vino maderunt, de rebus maximis decernunt.

Et Germanos, qui de jungendis affinitatibus ut re ardua inter pocula consularunt, referente *Tacito lib. 22.* adducunt.

Sed ut à particulari ad universale non valet consequentia, ita & hæc recensita exempla non evincunt, homines vino madentes ad actiones suas obeundas esse aptiores sobriis.

Concedimus tamen libenter, si melancholici & qui temperamento frigido ac pituitoso præditi, vino incaluerint, quod tunc illorum torpidi spiritus excitentur ac vegetiores reddantur & tum in illis impleatur,

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Sin verò modum excedant in bibendo, stupidi hebetes æque ut antea fuere persistunt.

Cum autem genus nostrum sensio molesta aliis quoque competat affectibus, idcirco ad differentiam addidimus causas à quibus oriatur, nempe à materiâ vi inebriandi pollente.

CAPUT III subjectum ebrietatis demonstrat.

Duplex hoc esse statuimus quod & quo.

SUBJECTUM, ut quod, est totum corporis humani viventis systema. Homo namque inebriari dicitur.

SUBJECTUM, ut quo est cerebrum cum suâ medullâ oblongatâ, quæ ut pars organica afficitur, & potissimum secundum meatus, in quibus spiritus animales generantur ac moventur, læditur ac obstruitur.

Cum

Cum verò in omnibus affectibus pars vel per *ιδιοπραξίαν* vel per *συμπράξιν* soleat affici, ita & hîc cerebrum modò per essenti-
am, modò per consensum laborat.

Per essentiam non afficitur, quia in eo non est permanens dis-
positio per se subsistens.

Per consensum afficitur, nondum enim permanentem habet
dispositionem, licet ab effectu penitus non sit liberum sed ab alio
& cum alio afficiatur.

Consensus hîc occurrit duplex: positivus & privativus.

Positive cerebrum afficitur, quatenus à visceribus, coctioni quæ
dicata, malè affectis, crassus ex ingestis vapor nubis instar ascen-
dens, cerebri parenchymati communicatur.

Privative per consensum etiam cerebrum laborat, dum totâ
corporis humani œconomîâ perturbatâ, nulla conveniens mate-
ria ad generandos spiritus animales elaboratur; aut si elaboratur
in spinalem medullam & cerebrum se insnuare nequit, materiâ
lentâ, densâ ac crassâ poros invisibiles ferè medullaris substantiæ
obsidente.

Cartesiani glandulam pinealem, in quâ, eorum ex mente, anima
specialiùs quam in corde & cerebro suas functiones exercet, pro
subjecto agnoscere possent.

Helmontii sub vexillo militantes summo jure statuere pos-
sent, subjectum esse sinistrum ventriculi orificium, sedem animæ
centralem ab ipso agnitam.

Sed utrisque lucidum illud Daniæ fidus, *Thomas Bartholinus*
διότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ζωτικὸν, ἴσχυον ἐκ τῆς ἀριστερῆς ἀπορίας,
opponit, ostendens duabus his partibus tam excelsos animæ sedis
honores non deberi.

C A P U T I V causam immediatam scrutatur.

A Censandos esse arbitramur vapores cum crudo & vitiosè effe-
vescente sanguine ad cerebrum delatos, spiritus animales ex-
citan-

B

citantes, motum eorum ordinarium vitiantes & exiguos nervorum poros obstruentes.

Quoties hi ad cerebrum & medullam oblongatam delati ad nervos penetrant, non potest aliter fieri, quin sensus interni pariter ac externi vitientur, & secundum magis & minus, prout vapores copiosi vel pauci sunt, vel imminuantur vel prorsus tollantur. Si quidem beneficio spirituum animalium sensus operantur, illis verò ab impuris istis halitibus inquinatis & obnubilatis, eorumque influxu cohibito etiam istorum actiones vel minui vel prorsus tolli necessum est.

Peccant vapores hi modo essendi, quantitate & qualitate.

QUANTITATE, corporeæ molis ratione, peccant, dum multi sunt & copiosi.

QUALITATE peccant, dum crassi sunt & torpidi, quâdam narcotica vi præditi.

MOTU GENERATIONIS etiam peccant, non in loco affecto cerebro, per *συνάθρονον* conglutinationem ob imbecillitatem partis, sed extra locum affectum in ventriculo.

Ascendant per *ἀναστροφὴν* ab inferioribus partibus ad cerebrum & medullam oblongatam per vasa.

Quænam autem hæc sint, res affirmatu difficilis videtur.

NERVIS eorumque succo nutritio qui faveret, cum *Francisco Glissonio*, *Charletone* cæterisque Anglis statueret, eos cum succo alibili, in glandulis mesenterii, lumbaribus Bartholini & thymo præparato, deferri ad nervos sextæ conjugationis, & per eos assurgere usque ad principium nervorum & ipsum cerebrum, ita ut per nervos, tanquam exiles rivulos fluat chylosus ille sanguis unâ cum spiritibus animalibus ad cerebrum tanquam amplissimum microcosmi mare, & deinde per alios nervos iterum distribuatur ad partes reliquas interiores.

Verùm quamvis ante paucos annos satis plausibilis videbatur aliquibus hæc opinio, tamen hodie vel apud ipsos Anglos, hujus opinionis autores, exolevit, cum multis scateat difficultatibus. Nam cum spiritus animales per nervos ex spinali medullâ ortos descendant ad partes inferiores, nihil per tenuissima nervorum oscilla recipi potest contrarioq; motu ad cerebrum deferri. Ner-

9.
Nervi ergo non sunt viae per quas ad cerebrum tendunt vapores illi ebrietatis autores.

Per venas quoque non possunt ascendere, cum venae nihil deferant ad eam partem, sed à cerebro ad partes inferiores vel sanguinem, vel unum alios humores revehant.

Erunt ergo arteriae & quidem carotides seu soporariae, partes capitis externas internasque adeuntes & irrigantes.

MODUS FLUXIONIS consideratu dignus. In eo locum habet *ἡσυχία καὶ ἄλξις, pulsio & tractio.*

PELLENDI facultas in ventriculo insignis ab ingestorum gravato copia.

Quamvis enim fibrae circulares carnosae ventriculi cum in finem sint à natura factae, ut claudant orificium superius, ne summi cerebri petant: tamen cum potulenta nimiam ingerimus copiam, suavitè fungi nesciunt officio.

TRACTIO in recipiente cerebro habet locum. Debile est cerebrum naturam, ob mollem & raram substantiam. Est emunctorium & quasi piscatoria nassa, vapores excipiens & humores. Est pars quietior, non motui designata, eo nomine etiam facilius recipit.

NATURALIS horum vaporum INCLINATIO, insitaque ad motum propensio huc confert.

Promovetur illa à copia. Ut unda trudit undam, ita crudus sanguis vaporque trudit alios, in admirabili circulatione donec ad cerebrum perveniant.

Non pellunt se invicem deorsum, sed etiam sursum. Tanta in angustiis meatibus est vis coactionis. Quemadmodum aquae in summos montes, Regum & Principum arces deducuntur per canales ligneos vel plumbeos; ita etiam vapores cerevisiae & vini per lactea, lymphatica vasa & thoracicos ductus deferuntur ad cor, & ex corde propelluntur cum sanguine in cerebrum, regiam mentis arcem.

Multas ibi excitant alterationes, primò ad animi hilaritatem, deinde ad rixas, saepe etiam ad hostilia verbera.

PRAETERNATURALIS propensio pendet ab *ἀερισμῷ καὶ ζυμώσει* turgentis quaedam & fermentatione.

Ut furibunda in venerem animalia omne respiciunt regimen, ita etiam humores vel vapores vini & cerevisiæ propria sede in ventriculo & intestinis coerceri nescientes, insano impetu hinc & inde, *à se ipsos* confertim & copiosè feruntur per arterias, tandemque in partem principem, cerebrum, irruunt.

Ut in fermentatione atomi humorum ex minoribus fiunt, majores, cum quod siccum est & terrenum, humectatur, & humidum in spiritum operâ caloris resolvitur, ita etiam in prodigâ potus ingurgitatione atomi & molleculæ vini & cerevisiæ sensim augentur, largius occupant spacium, animalesque spiritus turbant.

MOTUS SEGREGATIONIS HUMORUM Hippocraticus huc etiam referri potest.

Cum diluvium in comotationibus sodalitiis microcosmum inundat, & vapores hi vasa intrant, tum sanguinis dominium excutiunt, confederationis leges rumpunt, pituita contrariatur bilis, bilis martiali ferociâ aggreditur melancholiam, mercurius & Δ commoti ad iram, amicitia: foedus contemnunt, omnia subvertunt & confundunt. Hinc novæ effumationes exorta: cum Bacchicis vaporibus mistæ, summam mentis arcem turbant.

CAPUT V

causas naturales enumerat.

I. TEMPERAMENTUM quodcumque permittit, ut homo, si liberaliori manu potum ingerat, ebrius evadat.

Præprimis autem facile inebriantur, qui temperamentum *frigidum & humidum* nacti. Hoc enim cum aptum natum sit ad generandos crassos humores nervosum genus obstruentes, facile in hujus temperamenti hominibus, accedente causâ procatartica, fuliginosi vapores ad caput ascendentes, spiritus perturbantes, generantur, unde ebrietas inducitur.

Calidâ & siccâ qui gaudent temperie, cum ob viscera calida, & pius poculis sitim restringere necessum habeant, facile contingere potest, ut, dum plenis scyphis se invitant, crapulâ corripiantur.

Pli-

Plinius viscera ventris seu præcipuam gulositatis & desidii causam agnoscit. Propterea Egyptii magnorum virorum corpora cum condire solerent, abjiciebant alvum seu ventrem in flumina, tanquam piaculum ipsius corporis, annexa ad superos oratione, ne ventris seu alvi hujus commissi errores in ipsa redundarent corpora. Credebant enim ex hoc omnem vitiosarum actionum sobolem provenire.

JUS HAEREDITARIUM suum confert symbolum, tum in inclinationem ad bibendum, tum ad molestam post actum ipsum sensationem.

Quales parentes tales filii. Nam parentum vitia in liberos vi seminis genitalis derivari videmus, & tanta est in genitura vis atque potestas, ut non vitia solum, sed & notæ occultiores, si quæ in membris quibusdam insint, quin & parentum gestus, motus, formam ferè semper filii referant. *Autore Hippocrat. de genit. de natura pueri, & libro de aère, aquis & locis.* Quid ergo mirum, si ex parentibus ebrietati deditis nascuntur liberi sobrietatis hostes, κακῶς νόσον & κακῶν ὄντων. *Mali cordi malum ovum.* Liberi utriusque sexus parentum mores ut plurimum imitantur. Hinc vulgò de sobole masculino pronunciatum illud græcum: τὸ πάρος ἔστι πατρὶος, *parris est filius.* De scemellis verò:

*Scilicet expectas, ut tradat mater honestos
atque alios mores natæ, quam quos habet ipsa?*

Et alius:

*Sæpe patris mores imitatnr filius infans,
qualis erat mater, filia talis erit.*

*Castra refert casta genericis filia mores:
lascivæ nunquam filia casta fuit.*

At non semper ex vitâ liberorum de vitâ parentum fiat judicium. Laudem parentum in luce conspicua positam, non raro nati obnubilant. Sæpius impletur illud ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα μήματα, *Heroum filii noxe.* Sæpe enim parentis vel maxime sobrii filius ebriofusus evadit.

Causam hujus nonnulli dum reddere satagunt, culpam rejiciunt in nutrices quæ temulentix student, & sic cum lacte etiam mores

res liberis communicant. Ajunt, si canes lacte fessum nutriti, dediti sunt muribus capiendis, perinde ac feles; si ille apud *Justinum* cervæ uberibus enutritus tantâ pedum velocitate excelluit, ut cervis ipsis non cederet; si lacte caprino nutritus cum adolevisset semper solitus est saltare; quidni vitium ebriositatis infanti unâ cum lacte instillari posse credamus? præsertim cum unanimiter, autores bibacitatem Tiberii, crudelitatem Caligulæ nutricibus imputare inveniamus.

Sed multis videtur hæc ratio desumpta ex opinione veterum, qui credebant sanguinem esse materiam lactis. Modernis verò ubi lac ex chylo fieri omnium fermè suffragio statuitur, non satis facit.

Proinde arbitramur lac ad ingenium & mores hominum formandos non adeò multum conferre posse. Lac liberis est alimentum, quod naturali succurrit facultati non immediatè animali, multò minus rationalis animæ facultatibus. Hinc *Scaliger exercit. 212*: lectissimarum nutricum alumnos animo fero multos agnovimus, eosque parentibus partim bonis partim malis, natos.

Ad vitium ergo hoc inclinatio, videtur magis à malâ educatione, & pravâ conversatione dependere, quàm à lacte nutricum quod tanquam materiale in immateriale non potest agere.

INCLINATIO AD FACILEM INEBRIATIONEM etiam hæreditaria est. Notus est, cujus pater & avus exhausto cantharo cerevisiæ ebrii *νεπαλουῦται*, dolore capitis ab ebrietate tentantur, ipse non minus hæc infirmitate laborans.

II. **ÆTATIS** pro diversitate alii minùs, alii magis ebrietati dediti, citiusque alii tardius inebriantur.

Pueritiam qui nondum sunt egressi, non amant interesse poculis, sunt quasi puri ab enormibus vitiis. Vitiiorum ignoratio plus in illis proficit, quam in aliis virtutum cognitio. Quod si verò tantillum adbibant, siti eorum fauces irritante facillimè ob imbecille cerebrum inebriari possunt.

JUVENES & qui sunt consistentis ætatis, ob calorem magis potum appetunt, & ob viscerum partiumque omnium corporis robur diutius perferunt præbitiones poculorum.

SENECA, scribit Aristoteles libro de ebrietate, inebriari citissime ob paucitatem & debilitatem sui caloris eo, qui accedit à vino, facile devicti.

III. SEXUS. Non solum viri, sed & mulieres, turpe dictu ebrietati student.

Erat quidem olim, teste *Valer. Max. lib. 2. cap. 1.* vini usus mulieribus Romanis planè incognitus, & sobrietatis legi addictæ vivebant, claves etiam cellarias mariti oculis condebant, verum defecerunt adeò, ut jam tempore Senecæ non minus quam viri potaverint, oleo & mero viros provocaverint, atque invitis ingesta visceribus per os reddiderint, & vinum omne vomitu remetierint. Inde *idem in eadem epistola pergit*: quid ergo mirandum, maximum medicum & naturæ peritissimum in mendacio deprehendi, cum tot fœminæ podagricæ & calvæ sint? Mulieres enim immunes à podagrâ prædicaverat summus dictator, 6. Aphor. 28.

Beneficium sexus vitiis suis perdidierunt, & quia fœminam exuerunt, damnatæ sunt morbis virilibus.

Hoc autem habent peculiare, quod vini copiam diutiùs ferant quàm viri.

Videtur hoc in illis præstare corporis raritas, carnis teneritudo, laxitas & mollities, fœminarum temperamentum plerumque humidum, imò menstruæ purgationes.

Alia causa adscribi posset bibendi fœminarum modo. *Asunt eas ἀμυσίξιν ἀπὸ τοῦ ἀδρόχως, ἀνδρὶ τὸ μύσαι τοῖς χείλεσιν, sine ulla respiratione assatim, sine conniventibus labris bibere.* Tali autem modo qui siccant pocula, à veteribus perhibitum non facile inebriari.

Inde *Forestus lib. 9. obs. 28.* ait: vinum in hunc fluvium oceanumvé cadens, vim suam ac potestatem indomitam exuit, fit dilutius, nec cerebrum facile ferit.

Non sine calumniâ & diffamatione hæc cum dicantur, nolumus iis patrocinari, veriti justam nobilissimi hujus sexus indignationem & persequutionem.

IV. HABITUS CORPORIS multum confert. Quibus pori cutis sunt densi & constricti, facile in hæc pugnam succumbunt & herbam porrigunt illis, quibus cutis rara & per *εὐδηλον Ἀπνοῶν* mul-

lum

tum exhalat. Sudare solent nonnulli potores, & toto corpore dif-
fluere madore, ac si veru affixi ad ignem torrerentur.

Constat namque ex arte staticâ triginta annorum experien-
tia probata Sanctorii, per insensilem expirationem perquam mul-
tum evacuari.

Brevis staturâ homines, adeò ut nani propemodum videren-
tur, cum robustissimis hominibus potandi certamen iniisse, vidit
Lemnius, de occultis natura mirac. lib. 2. cap. 20. ubi pumilionibus
istis ne tantillum obsuit vini vis, cum alii ita vino essent oppressi,
ut obstupefactâ mente neque pes neque manus suo officio funge-
retur.

Causam adscribit calori nativo intenso omnia celeriter ab-
sument.

V. VITAE GENUS habet *ἡδύκαλον μέγεθος*. Qui nocturnâ di-
urnâq; manu libros volvunt revolvuntq; malè ferunt vel exiguam
abundantiam in assumtis. Cum non sint assveti hisce conflictari
armis, ut imperiti milites in hoc praelio succumbunt.

Nec illi in hujus aciei fronte, sed post principia stare cogun-
tur, qui sequuntur morem veterum laudabilem & lectionem inter
coenandum habent in deliciis, quo non minùs animo quàm ven-
tre delectentur.

Sed ut omnis inter cibandum & statim post assumtum cibum
intenta lectio vel meditatio minimè sanitati conducit, ut medico-
rum placita omnia decernunt, sic sibimet ipsis nocent, qui tunc ubi
Baccho litandum, discursibus syllogisticis & de negotiis feriis ce-
rebrum debilitant.

Exulent tùm alia negotia quæ intensiorem cogitationem
desiderant. Non bene conveniunt nec in unâ sede morantur casta
Minerva & turbulentus Bacchus.

Non immeritò hîc inserimus, quod etiâ pro diversitate
gentium ac nationum alii aliis ad copiam potûs sufferendam & in-
gerendam sint avidiores & aptiores.

Ubi ebrietati habetur honor, & plurimum meri cepisse vir-
tutibus annumeratur, quilibet studet, ne videatur ultimus, sed à
generis statim annis se ad perdenda vina natum arbitratur, nec sa-
tiatur

tiatur potatione. nisi extremâ, quæ mergit, & ebrietati summam manum imponit. Quod in se jucundissimum omnis habet voluptas, id in finem sui differt. Id in voluptate bibitoriâ etiam locum habet.

Germani ob hoc malè audiunt, & ut in certo vestitus genere inconstantes, ita in evacuandis cyathis constantes maximè proclamantur.

Diem noctemque continuare potando nulli probrum apud Germanos tradit *Cornelius Tacitus de moribus Germanorum.*

Tanta priscorum in sumtuosâ magnificentiâ fuit luxuria, ut non solum ministros à poculis haberent, verùm etiam magistros *οὐνομάχας, cœnarum inspectores*, modimpetatores, qui observarent, scitum illud severum: *ἢ πίειν ἢ ἀπίειν, aut bibe aut abi.* Optima fides habebatur *ἀπνευσί* sine respiratione bibere nec exspuere, nec barbam detergere, nec vitrum ab ore deponere.

Inolevit etiam nunc consuetudo, ut neminem propemodum sibi devinctum cupiant fidumque amicum ac familiarè exoptent, quin prius strenuè cum illo potaverint.

Ad exemplum forsàn Scytharum qui in fœderibus faciundis hunc ipsum ferè tenebant modum. In capacissimam & fictilem pateram vinum infundebant, quod humani corporis sanguine, quem utraq; pars sponte vulneratis ferro membris suppeditabat, permiscebant. Mox acinaces, sagittas, securim & gladium intingebant, dirissimis sese execrationibus devoventes tandem vinum degustabant.

Hinc non nemo: Germanorum vita nihil aliud, quàm bibere.

Nobilissimi sunt versus scommatici in Germanos ob bibacitatem.

Germani cunctos possunt perferre labores.

O utinam possent tam bene ferre sitim!

At malè soli Germani hujus inculantur vitii. Nullâ in mundi parte cessat ebrietas. Tam latè se diffundit ut nulla gens, nulla hominum natio reperiat, quæ huic vitio non sit dedita.

Quam multi extra pomæria Germaniæ bibendi solertia clara redditi.

C

Bri-

Britannos potationibus plus iusto indulgere manifestum evadit exinde, quod teste *Rondeletio*, divites ibidem evadant medici ex affectibus curandis, quæ ex crapulæ sunt fobole; Videatur *Forestus obs. 27. l. 9.*

Gallis olim bibacitas familiaris. Et hodiernum satis indulgent gulæ, quod *Josephus Scaliger* falsè tres citatas nationes ridens innuit:

Tres sunt convivæ, Germanus, Gallus & Anglus;

Dic quis edat melius, quis meliusve bibat?

Non comedis Germane, bibis: tu non bibis Angle,

sed comedis: comedis Flandre, bibisq; bene.

Septentrionales incolæ dicuntur etiam se exercere poculis, & ferculis. interque moras cum cibo siti exæstuat, eadem sæpe geminare, mensuram certam sub fide candoris decernere, & mulctæ comminatione inviolatam servare.

Græcos admodum gulæ crapulæque fuisse deditos exinde patet, quod pergræcari pro indulgere genio, proverbio circumferatur.

Non Germanus, sed Rhodius erat *Xenagoras* *πρωτος* & *vinosissimus*, quem vocabant *Αυφογέα* amphoram, vinosissimum omnium quos Sol unquam madidis aspexit oculis. *Aliano variarum historiarum lib. 12. capite 26.* autore.

Macedo, non germanus, erat *Alexander Magnus*, qui certamina potatoria instituit, & *Promachum* hominem bibacissimum in vini certamine victorem, talenti corona donavit.

Romanus erat *Cæsar Tiberius Claudius Nero*, ob nimiam vini aviditatem *Biberius*; pro *Claudio Calpurnio*, pro *Nerone Mero* appellatus. Hauriebat vina ex libidine, & præmio invitabat ebrietatem, Ignotissimum quæsturæ candidatum nobilissimis anteponebat, ob epotam in convivio, se propinante, vini amphoram.

In omnibus hisce nationibus olim cernebantur poculorum diversorum ordines, aciem ordinatam putes: Vasa exposita aurea & argentea, pompam arbitreris. Non sobrietatis erat species, minoribus inchoare à scyphis, sed bibendi disciplina, majoribus continuare. Nota gravis, si quis se excusaret, infirmitatemve prætenderet! *Exesto! audiebatur statim.*

CA.

CAPUT VI de causis non naturalibus & primo de aëre.

AER μέγιστος δυνατής potentiam suam in inducendâ ebrietate non nunquam ostendit.

Substantiæ ratione si est crassus, impurus, materiam largitur spiritus animales inquinantem & ad fluxum naturalem ineptos reddentem.

Qualitatis ratione & quidem in frigiditate si excedat aër, occludendo & constringendo poros cutis, & sic exhalationes inhibendo, ebrietatem accerere potest. Hinc tum de muni ebrietatis effectus sentiunt nonnulli, quando è loco calido egrediuntur, seque aëri frigido exponunt.

Calidus quoque aër ad celeriolem facit ebrietatem, dum vel sitim vehementem excitat, vel etiam radii solares totum corpus, præprimis autem caput ferientes & calefacientes, σέγνων pororum capitis inducunt. Ut de priori modo forsan nemo dubitabit, ita alterum fieri existimamus, quando radii illi perpetuo affluxu caput ferientes aërem simul in illud propellunt & exhalationes cohibent. Experimentum hujus rei habemus in re œconomicâ, ubi illam radiorum solarium vim magnâ suâ cum molestiâ, qui culinæ operam locant, experiuntur. Ubi enim sub meridianum tempus radii isti fumario quàm maximè incumbunt, aërique exitum præcludunt, aut nihil aut certè parum fumi spiramento exire, sed omnem necessariò per caminum, unde venerat, remeare videmus, præsertim si omnibus ventis quiescentibus aër sit valde tranquillus. Idem experiuntur qui in are fodinis opus faciunt, illi crassiorum vaporum aërisque caliginosi exhalatione prohibità, minus felici cum successu operam suam impendunt.

CAPUT VII cibum & potum explanat.

Duo hæc benevola vitæ subsidia serviunt necessitati, hilaritati & ebrietati.

NECESSITATIS commoda sunt infinita; HILARITATIS incomparabilia; EBRIETATIS nocentissima; ut proinde rectè à quibusdam dicatur, prima cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam.

CIBIS & fructibus horariis nonnullis vim inesse inebriantem, experientia testis est.

VITEM IDAEAM majorem *Gesneri*, si avarâ manu ingerantur, inebriare hominem, autor est *Camerarius in horto medico*. Inde & ab effectu Germanis appellantur *Trinckelbeeren*.

Fabula an historia sit nescio, quæ narratur de hirco, à Noha post diluvium in montes Ciciiliæ emisso & ex comestione LABRUSCARUM ebrio.

LOLI & ZIZANIAE genus inter frumenta crescit, quod comestum ebrios & temulentos reddit homines. Id in villico expertus est *Camerarius horis subcisivis cent. 1.*

Fructus FAGI copiosiore usu, ebrios fieri homines, asserit *Sennertus lib. 1. Praxeos*.

DE BETONICA quod inebriandi polleat vi, observationem habet *Bartholinus cent. 3. hist. 97.*

FAUFEL, fructus plantæ in India, dactylis per quam similis, si antequam maturuit comedatur, stupefacit & inebriat.

Cibum infantum LAC inebriandi in se habere vim, autor est *Sennertus lib. de infantum morbis parte 2. cap. 7.* Confirmat hoc ex *Lucretio*, qui foetus teneros caprarum dementari à lacte mero scribit.

Tartari lacte jumentino, quod ipsi KAMAUS vocant, quotidie, sicut homines ceteri vino forti, se inebriant.

CHAMAELEAGNUM *Dodonæi*, quem fruticem eundem cum herba THEE existimat esse famigeratissimus *Simon Pauli Reginus Professor Hassniensis*, inebriare notum est. In eum finem Belgæ & inferioris Saxonie incolæ ejus folia & semina cerevisiis suis immiscunt.

FRAGA copiosius usurpata caput tentant & inebriant. *Hoffmannus de medic. officin. lib. 2. cap. 65.*

A PO-

A POTULENTA MATERIA frequentissimè animadvertimus ebrietatem, & vix recenseri possunt diversi isti & varii liquores quo se homines onerant.

Duo potulentorum genera ebrietatis celebritate palmam omnibus præripiunt: *δινθ' ἐκ τῶν κερσῶν καὶ δινθ' ἐκ τῶν σιφύλων*, *vinum ex hordeo & vinum ex uvis.*

Mira vitiorum solertia inventum est, quemadmodum aqua cum frugibus alterata quoq; inebriet.

Celebres aliquot cerevisiæ species enarrat oratione ligatâ *Simon Pauli quadripartito botanico p. 379.*

Quale Zythum, nemo est qui nescit, ZERBSTA ministrat,

LIPSIA dat *Rastrum*, dat VVITEBERGA *Cucuk*,

Puff habet HALLA suum, sed tellus VVESTPHALA *Keuthum*,

BARDIACAque venit *clarus* ab urbe *liquor*.

Oppugnare potens *Cnesenaxum* colla genuq;

GUSTROVII coquitur. Qui cupit usque bibat

Unum præ reliquis, quod *vitæ Balsamus* audit,

Et sapit & sanum est. ROSTOCHIENSE *Zythum*.

Inebriant omnes hæ cerevisiæ. Inebriant etiam reliquæ: *Munia Brunovicensium, Garlebiensis, Torgensis, & aliæ si mediocritatis excedant limites.*

Ποσειδώνης hic succus ab exteris nationibus, ceu flatuosus prævus, ex putredine genitus, nervos afficere, cerebrumque tentare creditur. Lolii naturam hordeum putrilagine & fermentatione acquirere censetur. Et propterea *Tacito lib. de moribus Germanorum cap. 22.* humor ex hordeo aut frumento in quandam vini similitudinem corruptus audit. Proinde etiam *Eobanus Hessus* se temperare non potest, quin exclamet:

Qui docuit crasso Cererem confundere succo,

huic iratus erat Bacchus, & ipsa Ceres.

Quicumq; abjecti commendat pocula Zythi,

illi nec cerebrum, nec caput esse scio.

Sed vapulant in eo, cum cerevisia si ex convenienti materia, debito modo paretur & usurpetur, salubris sit potio, & humano generi minimè nociva.

Ex pyris ut & pomis Galli cum Anglis etiã potus speciem parant optimi sanè saporis, inebriandi vi pollentem, diciturq; Sider, venalis prostat apud Siceratores. Siceratores enim dicuntur, qui non siceram tantum, quã voce olim omnis extra vinum inebrians potus ab hominibus confectus efferebatur, sed etiam qui cerevisiam vel pomatium vel pyratium, vel aliud quodcunque liquamen ad bibendam aptum facere sciunt. *Meibomius de cerevisia.*

In Belgio atq; Anglia cerevisiæ genus habent, quod *Buttel* hîc dicitur, ex eo quod in vase ampliore, collo autem strictiore, Gallis *la bôteille dicto*, conficiatur ex cerevisia tenuiore, rebusque calidis, ut: caryophyllis, corticibus citri & similibus. Ubi hæc omnia per unum atque alterum diem sic vase subere clauso steterunt, in usum vocant, cum aperitur urceus proflire in altum cerevisia solet, fenestrasq; ferite operculum ex subere.

Mulsa ex aqua & melle parata, ad cerevisias referri potest. Si modum excedat, ceu dolosus luctator, tentat pedes mentemq; debilitat. In eã triumphant Poloni, & Lituani imprimis, ob uberrimum mellis in sylvis proventum, illam in deliciis habent, eaq; se implent usq; ad ebrietatem & crapulam.

Vinum, cujus color oculis, odor naribus, sapor palato delicias facit, decenter & modicè bibitum nutrit, & Bacchum exhibet *ὕγιατῆρ*, qui cum *Æsculapio* olim cultus dicitur: *σοφίαν, ἀνδρείαν, καὶ ἀσβλῆαν* confert; cum verò largius sumitur, quàm potens sit ad ebrietatem inducendam nulla indiget probatione.

Vina dulcia minus inebriare statuere videtur *autor problematum, sectione 3. problemate 27.*

Sed attendenda hîc differentia dulcium vinorum veterum & recentiorum. Crassa erant veterum instar sapæ, nigra, inde etiam quia parum de iis bibi poterat, non ebrios reddebant; hodierna, verò dulcia, quæ novella, alba, mediocris consistentiæ, cum multum bibuntur, affatim quoque inebriant. *Bacc. lib. 3. de vino cap. 19.*

Mustum recens, quia adhuc multum in se habet aquei, *Θλινας* & *ἄreas* diluentis & dissotiantis portiunculas, non facile inebriat. Simulac verò fervere incipit, & particulæ istæ sibi arctius jun-

junguntur, ob factam aqueæ partis evaporationem, vires sortitur inebriandi magnas.

Vinum ubi non colitur, arte illud ut conficiatur, luxuries hominum invenit. In Indiæ locis paratur potus ex fructibus Nargal seu coco, arboris palmæ indicæ, seu nucis indicæ, qui fructus aquam continet limpidam, dulcem, quæ cocta beneficio ignis transit in liquorem vino similem, sara illis dictum. Potenter inebriat.

Habent & Indi vinum ex palmarum fructibus expressum, unde ebrietate corripiuntur.

In Syria è siliqua vinum conficiebant, ut constat ex *Plinio lib. 14. de vinis factitius.*

Ex oryza Indi potum eliciunt, saccharo variisq; aromatibus conditum, quibus facilius citiusq; capita gravantur ac inebriantur, quam potentioris vini haustu. *Sebiz lib. 2. de aliment. facult. pag. 152.*

Refert *Guilielmus Piso lib. hist. natural. & Med. p. 12.* Eos quoque oryzam multa cum saliva masticatam exspuere. Sputum hoc tamdiu vasis, (quale vas sive ollam videre licet in domo anatomica Lugduni Batavorum) conditur, donec ferveat, fecesq; ejiciat.

Turcæ, cum lege ipsis interdictum vinum bibere, ex uva passa & aqua peculiarem conficiunt potum, qui non minus caput ac pedes tentat, quam vinum.

Præterea Turcis in usu est potus, quem Coffa ex bacca cognomine, quæ nigricat instar fuliginis, & acri non tamen aromatico est odore. Illa in pulverem redacta, ab ipsis sumitur in aqua sic calente, ut admittat haustum. Eo utuntur in tabernis suis, condensat spiritus, & ut secure dormiant efficit. *Franciscus Baconus Baro de Verulamio sylvæ sylvarum cent. 8. experimento 738.*

In Japonia præparant ex oryza Sacqui vel Saki aut Múorfaki colore vinum Hispanicum æmulans, instar cerevisiæ, cujus duo vitra primum ebibita, adeo ebrium reddunt insuetum, ut omnem deperdat rationem. *Autore Mandelslo in itiner. lib. 7. cap. 8.*

Tartari si quando epulantur splendidius, sublimatum lac bibunt, quod mirabile dictu promptissime atq; ocissime in cerebrum penetrat, inebriatque.

MAHUMEDANI utuntur potione, quam Cahua Arabicè indigi-

digitant. Instar atramenti nigra est aqua, gustu amariuscula, coquitur ex semine buniadis, rapimola trufatili, aut cote contrito. Inebriat satis potenter.

Potum ex confectiōe Chocolatæ si quis in nimia assumserit quantitate, ebriare posse, calida ac aromatica illa, quæ hanc ingrediuntur compositionem, evincunt.

Scribit *Cardanus lib. 8. de subtil.* Moscos ex avena sublimatum facere, vehementer inebrians, quo in frigidis anni constitutionibus utuntur.

Spiritus vini inebriandi vim habet magnam.

CAPUT VIII de inebriantibus & crapulam excitantibus fumis.

Scythæ nonnullis in locis, aquæ quidam assueti, voluptatis causa inebriari cum volunt, pyram struunt maximam, in qua herbas urunt odoríferas. Tùm in orbem circumsedentes odore se isto non aliter ac alii vini cyathis, invitant usque dum bene ebrii saltare, canere, tripudiare incipiunt.

Thracum quorundam mos est, injecto quarundam herbarum semine in ignem, excitato fumo, temulentiam affectare, & tripudiis & cantibus se reficere.

Hos imitati Indi fumo nicotianæ per tubulum ore attracto se inebriant, imò ipsi sacerdotes, donec fiant cestatici.

Fumum tabaci quoq; in faciem suorum militum ad cordacius pugnandum inflant Tuppin Ibas, qui sunt sacerdotes Caraibas dicti. *Hofernus Hercule Medico pag. 34.*

Europæi fumos tales habent in deliciis; plenos narcotici sulphuris cujusdam. Tardius inebriantur, qui vicissitudinariæ voluptatis studiosi, cantharum cerevisiæ ad manum habent.

CAPUT IX Medicamenta quædam,

Ex

EX medicamentis quoque multa dantur, quæ reddunt homines ebrios.

AMBRAM si quis odoretur, antequam vinum bibit, veluti ebrius evadit: sin verò injiciatur vino, maximè inebriat. *Klobius de ambrâ.*

AMBRA MOSCHATA *Mysichti, armamentario Chymico* descripta, ad ḡ v. vino infusa temulentos efficit.

BUGLOSSUM DIOSCORIDIS injectum in viam animi voluptates auget. *Dioscorid. lib. 4. c. 123.*

CANNABIS ex semine Turcis in usu est pulvis, quam Hierantæ vocant, cujus cochlear circiter unum in vino sumentes continuo rident & gelliculantur, ingentem spectantibus risum movent. *VVierus lib. 3. de prest. dem.*

FOLIA itidem **CANNABIS** in farinam versa caput ferire, & potum suaviter inebriantem efficere notat *Cardanus lib. 9. subtilit.*

NEPENTHES, helenæ medicamentum hisce non immerito annumerari posset, de cujus viribus multa jactitat *Homerus Odyss. d.*

HELENIO multi similes attribuunt effectos quos nepenthes habuisse prædicatur, vide *Plin. lib. 21. cap. 21.*

Meminit *Garçias histor. plant. novi orbis lib. 2. cap. 24.* floris & feminis herbæ, quam **DATURAM** vocant. Cum potui ciboque injicitur & assumitur homines mente quodammodo alienat, & in risum solvit, atq; amentes veluti & ebrios reddit. Indorum, Lusitanorumque uxores Daturæ subinde ignaris maritis exhibere, ac deinde ipsis inspectantibus ac ridentibus securè adulteris sui copiam facere, ex somno autem excitatos nullius meminisse, sed sopore tantum levi se correptos fuisse sibi imaginari, refert *Christ. à Costa lib. arom. cap. de datura.*

Ab esu decem nucum myristicarum foeminam gravidam inebriatam fuisse, *Lobelius* testatur.

OPIO & **MASLACH** utuntur Turcæ ad belli timorem excutiendum, ebrii enim facti, ex ejus usu intrepidè se quibuscunq; naufragiorum & discriminum fluctibus objiciunt. Tritum quoq; esse Turcis, referunt, in objicienda calumnia proverbium, **OPIUM COMEDISTI**; ac si alterius nationis homini ebrietatem exprobrares.

CYCLAMINIS succus, si vino dilutus, in potum detur, ad inebriandum valet.

De CROCO SERAPIO affirmat, quod inebriet inebriatione forti, quando ponitur in vinum, & latificet adeo, donec faciat insaniam excellenti lætitia.

Ex AMARACO parata corona, potatoribus erat inimica, teste Athenæo lib. 15. Δουδιον δὲ κινηλικόν ὄντα τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀμαρῆκινον καὶ ἀπαντίας ἴδὸς καρῶν δυναμένους ἢ βαρύνειν ἄλλως κεφαλὴν περὶ σπατέον, violas albas, que odore caput feriunt & coronam ex amaraco & quicquid opplere ac gravare alioquin caput possit, rejecerunt.

Si semen hyoscyami in cerevisia, vel mandragoræ cortex in vino ad rubedinem usque decoquitur, citissimè ebrietas promovetur.

Lignum Aloës Indum, si infundatur vino idem præstat.

Ex injecto vini clystere in abstemia inebriationem factam fuisse notat Borellus cent. 1. obs. 56. & Rhodius in notis ad Scribonium. p. 26. cap. 280. §. 114.

Ægyptii habent in usu quoddam electuarium; quod in India paratur, & BERNAVI nominatur; cuius si uncia una sumitur, homines mox hilares, mox iracundi, mox tristes fiunt, tandemque somno corripuntur. Prosper Alpinus de Med. Ægypt.

Venena ut SOLANUM FURTOSUM temulentiam inducunt. Hæc plantâ cum commeatus, qui in castra Suenonis Regis Norvvegiæ vehebatur, infectus esset, dolo & insidiis Scotorum victi & delati sunt Norvvegi. Facile enim Norvvegi somno graves ab hostibus sub specie commestationis & benevolentia vinciebantur.

TAXUS arbor huc referenda; sub cujus umbra si quis diutius commoratur instar ebrii stupore corripitur.

De CICUTA mirabilis, & huc faciens; apud Marthiolum extat historia de quodam asino, è nimio cicuta pastu, quasi ebrio in somnum tam profundum lapsus, ut rusticorum strenuè eundem pro demortuo excoriantium crudeles manus vix effugerit.

MANDRAGORÆ inebriandi vis non latuit Hannibalem, qui propterea eam miscuit vino, quod barbaris se fugere simulans in castris relinquebat, & sic hostes vino somnoque sepultos trucidabat.

COC-



COCCO DE LEVANTE cuius meminit *Primerosius de errori-
bus vulgi*, etiam homines extra se feruntur ebriorum instar.

CAPUT X

causas recenset præternaturales.

Concurrit ad facilem inebriationem, ventriculi imbecillitas, pravaq; constitutio. Hæc cum crassas chyli partes aggredi nequit, arcem microcosmi exhalationes fumosi sanguinis facile oppugnant, in eoq; tumultuantur.

Quibus caput est *appa. Qæc futuris privatum*, aut compressis & coarctis præditum, unde libera sanguini ventilatio denegatur. crapulam facile concipiunt.

Hiscæ annumerandi quoq; illi, qui destituuntur gyris intestinorum, quod nempe plus iusto bibere cogantur, quia statim assumti liquores elabuntur. *Barthol. Anat. refor. lib. 1. cap. 10.*

Morbo solutæ unitatis si laborat caput, nullo modo copiosam repletionem perfert.

Uxor quædam ex mensium suppressione in cardialgiam incidens cum oris amaritudine ac siti, quam quoties frigida sedare volebat, toties quasi ebria & vertiginosa reddebatur. *Fehr de absinthio.*

Morsu tarantulæ icti temulenti personam præ se ferre dicuntur.

Singulare est, quod habet *Langius in curiosis medicis* cordis palpitatione affectos haud facile inebriari.

CAPUT XI

differentias complectitur.

Differentiæ, quæ *τὴν εἶδὸς* appellari queunt, desumuntur à causa formali, materiali ac efficiente.

GENUS respicit ebrietatis *ἰστίαν*, essentiam, ideam, vehementiam, motum, tempus invasionis, moram durationis.

IDEAE ratione, alia genuina est & exquisita, alia minus talis.

VEHEMENTIÆ respectu suos habet gradus, è remissione ad intensum.

intensionem ascendens. Hinc alia mitis, quæ homines ex mediocri spirituum incallescencia se hilares exhibent, Germanicè appellatur *ein Christlich Käuschen*. Hoc familiare illis, qui rarò hisce certaminibus se immiscent, vi tamen consuetudinis præ bibita sanitatis pocula evacuare, invitati fuerunt.

Alia profunda & vehemens, cum ex continuata ingurgitatione omnia membra sua officia præstare corpori detrectant, imò videntur omni humanâ privati, & brutorum donati naturâ.

MOTUS RATIONE, alia brevis, alia diu durans.

TEMPORE INVASIONIS, alia recens, alia inveterata.

MORA DURATIONIS, alia in principio, alia in statu, alia in declinatione.

II. SUBJECTI RATIONE sive quoad causam materialem, alia crapula est per essentiam cerebri, quæ idiopathica, alia per consensum, quæ sympathica vocari potest, quod ex ventriculo partibusq; aliis fovetur.

Alia per consensum privativum, alia per positivum.

Alia in subjecto sanguineo: illi ridet, currunt, stoliditatem infantilem præ se ferunt, membrorumque gesticulatione simias imitantur.

Alia in homine cholericò. Hi loquaces & sæpe verba per jugulum reditura evomunt, leoninam vim atq; audaciam imitantur, omnis sceleris sunt architecti, clamoribus convitiisq; alios ex levissima vel planè nulla causa insectantur, spumas volvunt in ore, oculis ardent, & mente plane sunt dementi.

Alia in phlegmatico. Hi somnolenti & alba ab atris vix discernunt.

Alia in melancholico. Hi tristes & flentes. Hinc Poëta:

*Est qui perfusus vino lachrymatur, & est, qui
nullum ridendi novit habere modum.*

Exemplum de muliere habet *Prosper Alpinus de Med. Egypt.* vino Creticò ebriâ, quæ primò hilaris & lasciva, mox ad furorem & lites transibat, post mæsta & lachrymans, tandem in furorem inciderebat.

Zeno difficilis qui erat & iracundus inter amicos, interrogatus.

tus, cur in convivio hilaresceret? *αἱ δὲ θέρμοι (ἔσθ) πικροὶ ὄντες
βροχόμενοι γλυκαίνονται, & lupini, respondit, cum sint amari, persust-
tamen aqua dulcescunt. Diogenes Laërtius in Zenone lib. 7.*

III. CAUSAE efficientis ratione tot constitui possunt, quot
sunt causæ ebrietatem inducentes.

CAPUT XII

de signis diagnosticis ebrietatis imminentis & præsentis.

Oπρὸς θεοπροσίαν πηδάλιον δεῖ ἢ ἀέγνωσις, *internotio recte curatio-
nis est fundamentum, secundum Trallianum lib. 9. cap. 1.*

Certissima FUTURAE ebrietatis signa sunt, si omnia in gy-
rum agi videantur, si unam rem plures esse arbitrentur, si balbuti-
ant, nec benè & articulatè verba exprimere queant.

Hæc & alia ebriorum signa admirans eleganti carmine de-
scribit *Lucretius lib. 3.*

*Deniq; cur hominem cum vini vis penetravit
acris & in venas discessis deditus ardor,*

*Consequitur gravitas membrorum? præpediuntur
crura vacillanti? rardescit lingua? madet mens?
nant oculi? clamor, singultus, jurgia oliscunt?*

Cato osculum fœminis dari à propinquis jussit, ut scirent an-
temerum olerent. Solent enim, qui multum vini ingurgitarunt, o-
dorem emittere gravem, & quandoq; nihil præter vinum olere.
Hunc vini odorem ut obtunderent, suavemq; emitterent halitum,
solebant olim ebrii manducare folia lauri, & hoc pacto sobrieta-
tem mentiri. Non obscure id ipsum innuit *Martialis lib. 5.*

*Fœtere multo Myrrale solet vino,
sed fallat ut nos, folia devorat lauri
merumq; cauta fronde non aqua miscet,
hanc tu rubentem prominentibus venis
quoties venire, Paule, videris contra,
discas, licebit, Myrrale bibit laurum,*

Urinam faultam & sæpius solent reddere, qui potulenta in magna copia assumerunt.

Nonnulli asserere volunt eos qui vino temulenti sunt, in faciem pronos vergere, eos verò qui cerevisiam biberunt in caput resupinari. Videatur *Athenæus & Levinus Lemnius de occultis nature miraculis. lib. 2. c. 19.*

CAPUT XIII Prognosin instituit.

UNiversalis æque ac vera est illa quam habet autor quidam gallicus: L' yurogerie prive l'homme non seulement de ses moyens, ainsî quand & quand de ses sens, & qui plus est, de la grace de Dieu, laquelle ne peut estre achetée par argent.

SALUTEM & MORTEM præflagimus

I. GENERIS ratione. Multorum morborum causa est ebrietas. Una verò itemq; altera inebriatio, & quidem levis tam pernitiôsa non existit, quin potius multi medicorum autores existant, semel singulis mensibus inebriari sanitati conducere. De hoc quid sit sentiendum, infra subnectemus.

II. SUBJECTI ratione, facilius inebriationem ferunt, quibus viscera benè constituta, cerebrum firmum, ventriculus validus, quam qui naturam in largiendis hisce bonis novercam habuerunt. Minus officit ebrietas ætati virili, contra senili; minus sequiori, quàm nobiliori sexui.

III. CAUSAE ratione, ob vinosi caloris acrimoniam & spirituum subtilitatem mala censetur ebrietas à vino. Respectu crasforum humorum à cerevisia, humore illo ex hordeo, frumento, aut tritico, in quandam similitudinem vini corrupto, exhalantium, hæc pejor censei potest.

Μάλλον κραυπαλώων οι άκρατέτερον πίνοντες, autore problematum, sect. 1. probl. 3. ή όλως άκρατον. Magis crapulam sentiunt, qui dilutiusculum bibunt, quam qui merum ex toto.

Ebrietatem à tabaco capiti nervisq; amicam, contra à vino excitatam capiti nocere, jecoris temperiem labefactare, sensibus ner-

nervisq; infestam esse, eo quod in vino spiritus mercuriales abundant. arbitratus *Magnenus exercit. de Tabaco 6. v. 4.* Sed si ex hoc fundamento à vino contractam ebrietatem vult improbare, vino multum videtur detrudere & tabaco falsò imputare bonitatem.

A firmat enim *Grembsius in arbore ruinosa lib. 3. cap. de brevitate vite*, magnum Ducem Florentiæ essentialem tabaci liquorem habuisse, in quo filum intinctum & per alas columbæ tractum, animal subito veluti per venenum lethiferum, jugulavit.

A musto admodum pernitiōsa ebrietas. Ejus ebullitio nondum in vase vinario completa, in corpore denuo completur cum noxâ & proventu malarum affectionum, quæ in corpore exoriri possunt, & forte ipsius necis. *(cap. 4. obs. 39.)*

Ex spiritu vini subitanæ mortis exemplum habet, *Hildanus*

IV. Longitudinis & brevitatis ratione, omnis ebrietas, si juxta naturæ succurrat medicamentorum applicatio, citius tollitur, quàm si naturæ solum hoc negotium relinquatur.

Ex cerevisia contracta inebriatio omnium suffragio censetur diuturnior, ob crassiores spiritus quos largitur.

Facilius quoque villum hesternum edormiscunt, quorum laxa cutis, rara & multis prædita poris: difficilius, contraria quibus naturâ data.

Modi EVENTUS ratione; multi ebrisorum, quando obdormiscunt, nunquam expergiscuntur, sed vel ipsa apoplexia, vel caro, vel convulsionibus correpti diem obeunt. *lib. 5. aphor. 5.*

In nonnullis licet salva vita ebrietas se solvat, multi tamen morbi illos manent.

Ex multo potu rigor & delirium malum. *Hippocr. 7. Aphor.*

Ex affectibus capitis ferè nullus est, quibus non infestentur, crapulæ dediti.

Hemicraniâ quid frequentius post hesternam crapulam?

Exemplum Phrenitidis ex continuata per tres integros dies noctesq; implètiōne, habet *Forestus lib. 10. obs. 1.*

Ennius ob ebrietatem arthritide fuit correptus. *Quercet. Tom. 1. cap. 4. p. m. 192.*

Febris diariæ exemplum habet *Timæus von Gilsdentley lib. 8. cas. med. 2.*

Fer-

and *Fernelius* 5. de part. morb. & sympt. c. 8. refert, se vidisse aliquando universam corporis cutem ex crapula stupore affectam fuisse. b
 Epilepsiam ex crapula vidit *Alexander Benedictus Veronensis Medicus*, ut refert *Henricus ab Heer lib. 1. observ. 24.* & *Unzerus de Epilepsia. lib. 1. cap. 16.*

Quendam, qui vivus neminem in tabaci usu habebat parem, post supplicium dissectum papillaribus cerebri processibus cum nervorum odoratoriorum extremitatibus destitutum fuisse, observavit *Falcobergus*.

Hofmannus in suo de medic. officinalibus libro 2. cap. 111. narrat: se à militibus in Belgio versatis audivisse, quod illi viderint dissecta capita tabaco in vita intemperanter utentium, quibus cerebri patera, ab Anatomicis ita dicta, tota interiùs fuerit nigra, licet nullò morbò, sed violentà carnificis manu interierint.

Idem refert, se accepisse à patricio Norico, qui in superiori bello Bohemico viderit multorum Anglorum, in illo conflictu interemptorum, capita nigredine fuisse infecta, quod dum viverent, tabaco nimium indulgissent.

Ex potu copiosioris vini, bis in Studiofo quodam sanguinis sputum observavit excellentissimus *Meibius*, vide *fundam. Physiol.*

A nimio potu nulli quendam colicà infestatum fuisse, *Hildanus centurià 2. observ. 65.* memorat.

Impedita ciborum deglutitio & mors ob lienis nimiam intumescentiam intestina comprimentem. *Thomas Bartholinus cap. 4. nr. 47.*

Ex vini Malvatici continuo usu diabetes. *Tulpius lib. 2. obs. 47.*

Ex ebrietate steriles fieri mulieres notat *Hoferus* in *Hercule Medico. pag. 301.* *Langius med. epist. 9. lib. 2. Mercurialis de morbis mulierum. lib. 1. cap. 2.* Inde *Alexander M.* multibibus & merobibus ad Venerem adeò ignavus erat, ut *Calixena* meretrix ab *Olympiade* matre ipsi submissa frustra ipsum sollicitaret. *Athenæus 10. cap. 10.*

Guttà Osacea plerumq; notantur fideles Bacchi amici. Dum enim magnis culullis certant, magnamq; vel vini vel cerevisiæ copiam in ventriculum, tanquam profundi putei abyssum, immittunt. pri-

dentibus sonitum crepantem, cum cæteris ridiculis & formidolosiss
 imaginibus circumferebant, quo liberi tam foedam speciem intue-
 rentes, à crapula abstraherentur.

CAPUT XV therapian ebrietatis & crapulæ in ipso paroxysmo instituit.

CONSISTIT hæc in tribus indicatis 1. Curatoria indicatio, quæ
 consistit in ablatione ipsius crapulæ. 2. Præservatoria hæc locum
 habet, causam actu crapulam inducentem auferre iubens, revulsi-
 one & evacuatione. 3. Vitale indicatum, virium labentium repa-
 rationem in oculis habet.

PRIMO INDICATO hoc modo satisfacit. Ebrius in loco tem-
 perato collocetur, corpus pulvinaribus, ut modicè incalescat, te-
 gatur. (pinus.

Decumbat in latus dextrum vel sinistrum, non pronus nec su-
 Aurigam quendam cum ebrius esset, & currum regere non
 posset, sic ebrium in partem curus posteriorem abjecerunt, sed
 cum domum venissent, eum supra dorsum jacentem invenerunt,
 mortuum, *Foresto lib. 9. obs. 27.* referente.

Postmodum exhibeantur ebrio ea, quæ materiam molestant
 ac peccantem à partibus principalioribus revellunt, atq; ad igno-
 biliora loca demandant.

Defumantur hæc ex fonte pharmaceutico, qui suppeditat

I. GLANDES seu SUPPOSITORIA

℞. specierum hieræ picræ cum agarico ℥j. pulv. helleb. albi ℥j.
 sem. nigellæ, rutæ, ℥ gemmæ à ℞.

Coq. in f. q. mellis anthosati. F. l. a. Supposit.

℞. mell. anthosati colati ℥ij.

Coque sensim ad consistentiam. Adde extracti Andernaci ℥ij.
 extr. helleb. nigri ℥j. trochiscor. alhandal. ḡ. iv.

F. l. a. Supposit. S. Stul. Zäpfstein.

F

II. CLY-

II. CLYSTERES parentur tales.

R. herb. parietar. malvæ, endiv. a. mg.
 fl. chamemeli romani, origani, verbasca a. p. ij.
 fol. senne l. f. ℥℞. sem. caribami ℥ij. lactuca ℥ij.
 ficuum ping. prunor. damasc. a. n. jv.

Coq. in s. q. ∇ font. colat. ℞. ℥vii.

Adde elect. d. cassia c. manna ℥vj.

o sambuci, anethi a. ℥j. vitel. ovor. n. j. ☉ ℥℞.

M. F. Clyster applicetur tepide.

R. spec. pro decoct. flor. & fructuum ℥j.
 rad. mechoac. alb. cort. ebul. a. ℥ij.
 sem. lini, feni greci a. ℥ij.
 fl. geniste, sambuci a. mg.
 croci metallorum in per. ligati ℥℞.

Coq. in s. q. ∇ simplic. Colat. ℥vij. adde
 confect. hamech. ℥℞. o chamemeli, verbasca a. ℥ij.

M. F. Clyster.

Ne quis pudore, ex partis posticæ denudatione, orto, enema-
 tum averteretur usum, dexteritas Cl. Regneri de Graff Medici Delphen-
 sis prospexit inveniendò ejusmodi instrumentum, ut unusquisque,
 sunt ejus verba p. 181. de clysteribus, absq; pudore tuto & quàm facil-
 limè sibi ipsi clysterem injicere possit, vel permittente ut ab ali-
 is injiciatur absq; ulla partium denudatione vel situs mutatione.

Quò autem modò & ex quâ materiâ paretur hoc instrumen-
 tum, aliquot spitamarum longum, flexile, instar funiculi rotun-
 dum, in medio excavatum ad præbendum liquori per syringam
 propulsi transitum, nemo præter ipsum callet. Speramus tamen
 brevi ejus in commune Medicinæ commodum divulgationem,
 cum ipse nobis coràm hoc fuerit pollicitus.

Londini cum viveremus in notitiam Angli cujusdam non
 infimæ conditionis devenimus, qui quando ebrius erat, pillulis
 purgantibus sibi ex Scotia missis, Francofurtensibus perquam si-
 millimis, utebatur, earumq; opè se & ebrietatem discutere & futu-
 ræ diei crapulam avertere aserebat.

Flatibus atque torminibus si crucientur ægri, præter cætera
 car-

carminativa etiam in usum vocari poterit instrumentum ab Anglis ad discutiendos flatus inventum, vocaturq; ipsis à *Elyster* *psp.* Aequat longitudine, lentitiâ, rotunditate, instrumentum *Clariss. Dn. Regneri de Graff.* Altera instrumenti extremitas, prædita est canulâ vel eburneâ vel ligneâ, quæ in rectum immittitur intestinum; altera extremitas circumdata est capsulâ oblongâ itidem vel ex ligno vel ebore confectâ, interius bracteâ munitâ, circa fundum instar thecæ arenariæ perforata. Huic scriniolo induunt herbas odoríferas illasq; incendunt, exortumque inde fumum flando per funiculum illum coriaceum propellunt ad intestina pro dissipandis flatibus.

C A P U T X V I

Alia in paroxysmo evacuantiæ præsidia.

EVacuari potest materia morbifica in ipso paroxysmo aliis quatuor modis: vomitione, sudatione, discussione & humectatione.

PURGATIO quæ fit **PER OS**, devotè invocato **SARTORE ULRICO**, videtur commodissima. Cum enim materia toto corpori molesta, per os sit ingesta, commodissimè per eam viam, ceu proximam, iterum evacuatur.

Vitellius luxuriæ valde deditus, novies millies sestertium paucis mensibus insumsit. Epulas dividebat in jentacula, prandia, cœnas & commestationes. His ut sufficeret, vomitionibus assidue utebatur. **Claudium Cæsarem** triclinio nunquam abscedentem, nisi distentum ac madentem, pinnâ in os inditâ, vomitibus deditum legimus, *apud Suetonium cap. 33.*

Lori vomitorii usu veteres eundem scopum adsequutos constat ex *Scribonio Largo*.

Nostrò hoc seculo, indice, vel simul medio digito utuntur, **Iurcones** ad *πολυποσίας* & *νεφριπίλης* evitanda incommoda, faucibus immisissis.

Non opus est scammonii liquore digitos inungere, nec da-
 κτωλιδος ex corio consutis digitalibus uti. Sponte saepe facit
 officium ventriculus in evacuanda materia peccante.

Naturā ergo sequentes in usum emetica medicamenta erunt
 trahenda.

Vulgaria sunt: Cerevisia calida cum butyro, vel oleum oliva-
 rum cum aquā raphani.

Chimix cornu copix varia & potissimum ex 8 parata largi-
 tur.

R. ∇. benedictæ Rulandi ʒvi.
 oxyfacchari vomitivi Angeli Sale ʒj.

M. D. in vitro S. Brechwasser.

R. julepi emetici Angeli Sale ʒB. ∇. raphani ʒj.
 M. S. ut supra.

R. ❖ vomitivi destillati Myns. ʒj. Elixir emeti veget.
 Zwelf. ʒj. M.

R. Sapx ʒnii Francisci de le Boye Sylvii ʒ. iij.
 Exhibeatur in cochleari vini vel alterius liquoris.

R. extracti scorzonera ʒj. ʒ vite ʒ v.
 Cam modico gialapii F. Pilula num. vj.

II. SUDORIFERIS materia peccans tenuior ad ambitum
 corporis propellatur, & sic evacuetur.

R. ∇. e typhis cervorum tenell. sambuci a. ʒj.
 C. C. ʒB. sirupi acetos. citri ʒiij.

M. D. S. Schwitz-Träncklein.

R. ∇ scorzon. ʒjB. ∇. theriacal. simpl. ʒB.
 ʒnii diaphoret. oculorum ʒ pp. a ʒ v.
 salis volat. succini l. ʒ ❖ci gutt. x.
 sirupi card. bened. ʒB. M. D. S.

Schwitz-Träncklein wohl umbzurütteln.

R. mistura simpl ʒj. ∇. fumar. card. bened. a. ʒj.
 sirupi violar. ʒB.
 M. S. Träncklein.

R. tin

41.
℞. *tinctura* *bezoardice* ℥ij,
D. ad vitrum S. Bezoardische Schwitz-Tinctur.

Si adeo fuerit oppletus ut nihil possit deglutire, aqua sudorifera *Beguini* spinæ dorsi & carpis manuum inungatur & copiosum sequetur sudoris profluvium.

III. DISCUTIENTIA ad materiam impactam resolvendam & discipandam adhibeantur.

℞. rad. *peon.* *cyperi*, *iridis*. Flor. a. ℥ij.
herb. melisse, *satyriae*, *majoranae* a. m. j.
fl. *Rœchad.* *Arab.* *anthous* a. p. iij.
sem. cumini, *nigelle* a. ℥ij, *rasura ligni sassafras* ℥ij.

Incisa contusa grosso modo, indantur sacco pro fomento.

Cum in Angliâ Legatus Ducum Brunsvicensium majoribus poculis invitatus ebrius evaderet, & scamno delapsus pro mortuo in vicinum cubiculum deferretur, quidam linteo imbuto in sempervivi succo, cui acetum acrem nitrumque mixtum erat, scrotum adeoq; totum pudendum involvens, ebrietatem ipsius, gravedine tamen capitis relicta, minimo temporis spacio discussit, ab eoque quinquaginta thaleris donatus est. *Henricus ab Heer obs. 19.*

Levinus Lemnius lib. 2. cap. 18. testes partesque genitales aquâ gelidâ madidoque mantili involvendas esse suadet, fœminis verò ubera mammasque fovere.

HUMECTATIO locum habet, cum calida & sicca nimis fuerunt assumta, unde calida & sicca temperies cerebro totiq; corpori conciliatur. Hæc refrigerantibus & humectantibus corrigenda.

℞. ∇. *nymphaeae*, *cichorii*, *plantaginis* a. ℥ij.
sirupi ribium, *coralliorum* a. ℥j.
ess. *citri* ℥ij, ∇. *Oli philosoph.* s. q.
M. F. l. a. Julepus.

℞. ∇. *borraginis*, *scorzonerae*, *portulacae* a. ℥ij.
sirupi cerasorum c. fl. *tunic.* ℥ij, ess. *acetosa* ℥ij.
tincturae corall. ℥ij. ∇. *aperit. Penoti* ℥j.
M. D. S. Kühl-Träncklein.

F 3

E chi'

Et chirurgico petita fonte auxilia nullum hinc directe præstare usum arbitramur, nec ab ullo commendata novimus. Aurium tamen scarificatione delectari illos, qui multo se impleverunt vino, refert ex *Joh. Thomæ Minadoi disputat. 4. de cucurbitulis illustis* noster *Rolsincius methodo medic. spec. comm. ως ἐν γέυει p. 400.*

CAPUT XVII

partes principes in ipso paroxysmo roborat.

Cum viscera principaliora nimium quantum ab ingestorum copia soleant lædi, & idcirco varia symptomata oriri possint in ebriis, ea ut exulent, partes principes sunt roborandæ.

Ventriculus ne vel mole ingestorum, vel nisu egerendi ea quæ sibi molesta, debilitetur, confortari potest sequentibus.

℞. cerati stomachalis Cratonis ℥ij, tacamahaca ℥ij,

Malax. ʒ. absinth. mentha,

Extendatur supra alutam D. S. Magen-Pflaster.

℞. emplastri diaphenicōv ℥ij,

Malaxetur ʒ. mastick. cydoniorum.

F. l. a. Emplastrum stomachicum in formâ linguæ bovis.

Posteriori ventriculi regioni nos hoc in affectu emplastra applicanda esse arbitramur, moti autoritate *Galeni. Hic lib. 13. meth. medendi cap. 17.* posteriori parti seu spinæ dorsî, circa undecimam vertebra thoracis, non verò anteriori emplastra imponenda suadet. Hinc enim orificium superius ventriculi, ob copiam ingestorum magis quàm fundus laborat.

℞. ʒ. stomach. Cratonis ℥ij,

mentha gutt. x macis ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ.

M. D. S. Magen-Dehl.

℞. ʒ. nucifera, bals. anerbi a. ℥ij, essentia galanga ʒj,

cinamomi, caryophyllorum a. ʒ. ʒ.

M. D. Magen-Balsam.

℞. elixir

43.
℞. elixir vitrioli Myns. ʒj. ∇ stomach. ejusdem ʒ℞.
M. D. S. Magen-Elixir.

℞. ∇. mentha. foeniculi ā ʒij.
℞. cinam. mastich. ā ʒ℞.
macis Ω caryoph. Ω ā gut. iij.
dulcis gut. x. sirup. berber. ʒj.
M. D. S. Magen-Träncklein offers davon zu gebrauchen

℞. conf. ros. antiq. ʒj. antidoti stomach. Quer. ʒ℞.
sirupi conservat. Zingib. q. s.
M. F. Bolus. S. Magen-Bislein.

℞. conf. mentha crispae, salvia a. ʒij. acori rubri condit.
cort. aurant. condit. a. ʒ℞.
sp. diarrhod. abbat. ʒ℞. dia galanga ʒj.
miva cidon. aromaticae. sirup. rib. a. q. s.
F. l. a. Electuarium D. S. Magen-Stärkung

℞. rad. caryophyllatae, ari non preparati, costii a. ʒij.
sum. absint. mentha a. ʒ℞. sem. coriandri, anomi, camini a. ʒj.
cardamomi, macis, piperis longi a. ʒ℞. nucis moschatae n. j.
sacchari optimi ad pondus omnium.
M. D. S. Magen-Triesenecht.

℞. spec. aromat. rosati, diacalaminthe a. ʒj.
sacchari in s. q. ∇. mentha soluti ʒij.
F. l. a. rotulz.
Illinantur ∅ cinam. citri a. gut. ij.

℞. conf. cochleariae, hyssopi a. ʒij.
Zingib. conditi, carnis citri cond. a. ʒj.
spec. diatrion piper. aromat. ʒ℞. extracti galang. acori a. ʒij.
sacchari in s. q. ∇. melisse soluti ʒvi.
F. l. a. confectio in Morf. illin. ∅. macis caryoph. ā ʒ. iij.
D. S. Magenstärkende Morfellen.

℞. hepatici rubri Dresdensis ʒj.
magist. coralliorum ʒ℞. S. eichor. ʒ. v.
M. D. S. Leber-Pulver auff 2. mahl.

℞. pulv.

℞. pulv. cachectici Quercetani ℥ij, ʒi. ʒi. ʒi. ʒi.
M. D. S. Leber-Pulver auff eiltliche maßl.

CEREBRO & CAPITI subveniendum cucuphā,

℞. herb. origani, majorana, stœchad. Arab. a. m. j.
fl. anthous. ros. lil. corvall. a. p. ij.
succini, thuris, benzoes a. ʒj.
nucis moschatae n. j, cubeb. ʒij,

Incid. & contund. grosso modo. Instilletur
℞ major. gut. vj. ʒ benz. gut. x.
Indantur syndoni & interpassentur.

HEPATI ne noxa contrahatur, muniatur sequenti epithemate.

℞. ʒ. hepar. nobil. endiv. a. ʒij. phlegmat. ʒli. ʒ℥.
sp. diatrion. sandal. ʒij, ʒ cich-r. ʒij.
M. D. S. Uimbschlag zur Leber.

℞. cerati sandalini ʒ℥, Malax. ʒ. ros. capp. q. s.
F. l. a. Ceratum hepaticum.

CAPUT XVIII

symptomata hesternam crapulam insequentia mitigat.

EST consuetudo lurconibus solemnis, ut quando noctem prateritam comptando insumserunt, & indomiti Falerni crapulam vix edormiverunt, corpore languido & fracto vix incedere valentes, ad hesternam pocula redeundum, sequentemq; diem Baccho denuo consecrandum censeant, persuasum sibi habentes, noxam ex vino contractam, capitisque & omnium membrorum inde natam displicentiam novam vini ingurgitatione elui posse.

Ansam procul dubio ipsis dedere ad hoc remedii genus, verficuli illi vulgares scholæ Salernitanæ:

*Si nocturna tibi noceat potatio vini,
Hoc tu manē bibas iterum, & fuerit medicina.*

Sed

Sed versus hi ipsis non patrocinantur.

Non promiscuè Schola Salernitana potum vini ad noxam vini tollendam præcipit, sed iis tantum, qui propter intemperiem frigidam ventriculi imbecillitate laborant, & hinc heri immoderariùs assumta nondum concoxerunt. His iterum manè parum vini assumere conducit.

Provocant iterum ad altiora subsellia decretoria *summi dietaroris*, cujus singula verba singula oracula. Hic *1. epidem. sect. 6.* in dolore capitis à crapulâ jubet bibere *κοτύλλω ὄινος ἀκρήτης coryllam vini meraci*. Laureolam in hoc mustaceo quærun. Vulneribus à morfu canum imponendos canum pilos ajunt; aliâ ratione sanitatem non esse sperabilem. Inde novis se invitant cyathis. Sed distorquent & pervertunt sensum loci allegati. Non intelligitur per τὸ ὄινος ἀκρήτης κοτύλλω prodiga ingurgitatio, sed modica aliquot unciarum quantitas, quæ grati alimenti accessu invitet naturam, ut prius alimentum adhuc crudum aggrediatur & concoquat.

Abstineat ergo, & sibi caveat ab hæc desperata salutis medicinâ, sed modico vini se reficiat usu. Assumere potest æger haustulum vini, vel offulam panis similaginei vino intingere.

INTINCTUS talis in capitis dolore ex aliâ causâ etiam commendatur ab *Hippocrate*.

Ex hesternâ crapulâ capitis dolor (quem Festus Pompejus heluum vocabat, teste *Levino Lemnio lib. 2. cap. 17. de miraculis naturæ*) si molestiam creaverit, videndum ut tollatur medicamentis appropriatis.

℞. ∇ . fl. persicor. fl. tilie a. \mathfrak{z} ij, verbene \mathfrak{z} ij,
 cham. anethi a. \mathfrak{z} ℞.
 M. F. l. a. Oxyrhodinum.

℞. sem. papav. albi \mathfrak{z} ij, nucleorum persic. \mathfrak{z} j, avellane \mathfrak{z} ij,
 F. l. a. emuls. in ∇ . semperuvivi, sambuci a. \mathfrak{z} ij. Adde \times
 rosac. \mathfrak{z} ij, lapid. alab. preparati \odot anodyn. a. \mathfrak{z} ℞. M. F. Epithema.

℞. euphorbi \mathfrak{z} ij. Conteratur \times to supra porphyritidem,
 excipiat linteo, & applicetur parti dolenti capitis.

Globuli ex ossibus manuum & costarum Sirenium carpo alli-
 gati.

gati, inftar præſentis A verrunci, hemicraniam avertunt, *Barth. hiſtor. anat. cap. 2. hiſtoria 11.*

Veteres, ut patet ex *Simeone Sethi*, ſale fricuerunt pedes, quo putabant nocentum omne tolli poſſe, quod ex vini crapula contractum erat. Unde proverbium *Ariſtophanis*, ἀλας ἀλαμνη-
 θεῖς ὄναι] ἐν ὄντωσι, ſale perunctus hic iuvabitur.

Spiritus vini ſi capiti beneficio linteoli imponatur capitis dolores à crapula feliciter curat. *Hartm. prax. chim. p. 47. Sen-
 zert. prax. l. 1. c. 1. q. 1.*

Ex internis omne fere punctum Θ volatile Sylvii ſi haberi poterit.

SITI quoque fauces eorum ſolent gravari, qui præterito die ſtrenue cyathis certavere. Huic optime obviam ire poſſumus ju-
 lapii, potionibus ex refrigerantibus concinnatis.

\mathcal{R} . ∇ . acetose, fragorum a. \mathcal{Z} iv, ſir. berb. granat. a. \mathcal{Z} ij.
 tinctura corall. ſucco limonum parate \mathcal{Z} ij.

M. F. Julepus D. S. Kùlender Julep.

\mathcal{R} . ∇ . cichorii, nymphæa a. \mathcal{Z} v, ſirupi agreſta \mathcal{Z} ij,
 nectaris Θ li Mynſichti q. ſ. ad gratum acorem.

\mathcal{R} . mucilag. ſem. pſyllii, cydon.
 ſum. ∇ . prunelle præparat. a. \mathcal{Z} ij, ſirup. roſar. bugloß. a. \mathcal{Z} ij.
 S. Sonderlicher Schleim.

CAPUT XIX

cum fonte diætetico, qui ſex com-
 plectitur res non naturales,
 concludit.

IN DIAETA NATURALI conveniunt cibi *εὐπιπτοὶ, εὐχομοὶ καὶ
 εὐώδεσ*, non flatulenti nec varii generis. Salsa & acida plerumq;
 expetuntur à gulosis.

Potus ſit cereviſia, vel vinum tenue quod non facilè iterum
 inebriat. Vitis inerticula tale fundit vinum, unde nomen habet,
 quaſi iners ad nervos tentandos. Aci-

Acidulæ ubi scaturiunt, summo cum emolumento in usum trahuntur. Ubi natura hanc suam liberalitatem non exercet, artificiales viribus & sapore naturalibus analogæ parari possunt, ex *Os, Oli, Otri.*

Referant potenter obstructions, refrigerant saluberrimè inflammationes visceribus à nimia comotatione conciliatas.

SOMNUS ad tollendas lassitudines, gravedines, & quascunq; noxas optimam erit remedium. Provocandus ille lectis mollissimis, & leni aquarum præterlabentium strepitu.

MUSICA vocalis vel instrumentalis capitis molestiam, totius corporis displicentiam tristemque sensationem demulcet, vocum & sonorum se mutuò consequentium & simul concinentium justâ tremoris secundum tempora & intensionem proportionem: simul etiam spiritus & cerebri medullæ atomos & membranarum fibrillas, à moleculis cerevisiæ vel vini disgregatas in ordinem redigit.

Auson. Midæ contubernales à tibiis & utriculis remedium hoc expectent. Tales amant rustica hæc labra lactucas, ad moschatarum nucum saporem & odorem animo delinquentes.

IN MOTU & QUIETE moderamen instituendum. Motus nimius corporisque vehementior exercitatio vitetur. Deambulatio in horto vel silvâ admodum proderit.

VINUM ABSINTHIACUM, à multis commendatur, utpote exsiccans & humores superfluos absumens.

Hinc *Hieronymus Tragus:* Mit dem Wermuth-Wein helfen ihnen die vollen Brüder. Wann sie nachtes überflüssig dem Baccho gebiener haben / ruffen sie gegen Morgen den Wermuth-Wein an / der sol die gestrige Bolle verrucknen. Die vollen Brüder müssen Morgens einen Wermuth-Trunck thun / damit sie wieder zur Speise lustig werden.

ACETUM habetur egregium discutiens crapulam, figit Aeos vini spiritus caput impetentes. Ova eo nomine acida summis extolluntur laudibus, in obsoniis matutinis. Reprimere censentur, adscendentes vapores.

EXCRETORUM habenda cura, ut ea quæ excerni debent, justo tempore excernantur.

ANIMI PATHEMATA excitentur ea, quæ efficere possunt, ut posthac ebrietatem cane & angue pejus fugiat.

Terrorem & metum incutere potest damnum quod solet ebrietas inferre, tum animi, tum corporis, tum fortunæ bonis.

Animæ, dum homines ad Dei imaginem efformati, non modo belluis & feris, verum & immanissimæ & furiosissimæ illi infernali bestię quàm simillimi sunt.

Corpori, dum nihil perniciosius valetudini nostræ quàm ebrietas, quæ totius corporis solvit compagem. Hinc eleganter Propertius:

Vinò forma perit, vinò corrumpitur ætas.

Fortunæ donis, dum paterna abliguriendo absumunt bona, ut & reliquam rem domesticam valde atterunt & labefactant, unde egestas & pauperies non possunt non oriri. Diogenes cum videret hominis vino deditissimi ædes, ex januæ inscriptione, venales esse: Sciebam, inquit, te præ vini crapula tandem domum evomiturum.

Amorem seu studium sobrietatis excitabimus, laudando seu proponendo eas dotes atq; divitias quas largitur sobrietas. Imo quam optimè cum Claudio Deodato panth. hygiast. lib. 2. asserere possumus, quod ille à tot philosophis, à tot veterum monumentis decantatus & ænigmatico calamistro delineatus LAPIS PHILOSOPHICUS (cujus elaborationi hodie heu quam multi futiliter pecuniam impendunt!) sit continentia seu temperantia, quæ primæ ætatis hominis potiti, & sanissimè & diutissimè vixerunt.

Tandem coronidis loco, ad exsolvenda nostra promissa, adnectimus quæstionem illam, *An liceat sanitatis causa semel in mense inebriari?*

Ex ante relatis ad oculum patet, ebrietatem multis malis tam animæ quam corpori fenestras foresq; aperire patentissimas. Nihilominus multi in eâ sunt sententia, conducibile esse sanitati, si quis semel in mense inebrietur.

Et sanè sunt PROCERES medicinæ hoc qui affirmant. Rhases primus ante omnes lib. 4. ad Almanf. cap. de reg. pronunciat, unam aut duas in mense ebrietates auxilium præbere. Hæc Ibn Sina canonis lib. 1. fen. 3. doct. 2. cap. 8. referente, subscribunt nonnulli, dicentes: quod semel aut bis inebriari in mense conducatur. RA-

RATIONIBUS hanc ut stabiliant sententiam dicunt, vinum summam velocemque penetrandi vim, virtutemque habere diureticam & vitiosos in corpore humores non modò per urinam sed & sudorem evacuandi. Neque hanc tantum ob causam illam utilem esse censent, sed & quod ejusmodi ebrietate commodissime excitetur vomitus, qui quantum in morbis chronicis utilitatem habeat, omnibus norum sit.

Tandem cum ex Hippocratis aphorismo 50. sect. 2. sententiâ: *εἰς τὰ συνήθεια μετὰ βιάσειν δεῖ, ad insueta nobis aliquando transeundum sit*, etiam hac ratione illam non intermittendam esse contendunt.

Sed quis est qui harum rationum levitatem non videat? Non sunt agenda mala, ut inde eveniant bona.

Hippocrates, Galenus nil magis ebrietate damnant, & unice passim inculcant: ex nimio vini potu frigidus & longos fieri morbos. Nec juvamenta illa ebrietatis semel vel bis in mense sperata tanta sunt, ut nos ad illam non minus animo quam corpori perniciosam sectandam persuadere debeant. Nisi enim tutiora & meliora, diuretica, sudorifera & vomitoria nobis subministraret medicina, non parum hominis periclitaretur sanitas. An non major noxa quam commodum ex sudoris urinæque per ebrietatem excitatæ profusione oriatur, ipsi viderint.

Neque est, ut ad aphorismum Hippocratis confugientes

patrocinium ab eo quærant, cum *insueti* nomine

ebrietas minimè gentium intel-

ligatur.



PRÆSTANTISSIMO
L O N E R O,
Medicinæ cultori gnavissimo,
publicam conscendenti cathedram

ēu ēu
adclamat

GUERNERUS ROLFINCIUS,
Phil. & Med. D. Pract. ac Chim. P. P.
Academiæ Senior.

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
spes facit esse ratas, in prælia trudit iner-
mes,

debilitat caput & nervos eviscerat omnes.
Hanc curare ejusq; incommoda tollere dum tu
edoces, excellis. FAVEAT FORTUNA LABORI!

PRÆEXIMIO ATOVE HUMANISSIMO

DN. L O N E R O,
Sacræ Hygiæ cultori indefesso, chymicarumq;
operationum admiratori strenuo,
Fautori suo colendo,
DE CRAPULA
publicè disputanti

gratulatur ex animò

AUGUSTINUS HENRICUS FASCHIUS, D.
Medicus Ducalis Saxonicus.

Cùm jam Pœoniam scandis, LONERE, cathedram,
gratulor hos ausus! præmia Apollo dabit.

Ebrie-

EBrietas, heu dira lues, heu febile monstrum!
Immutas hominum corpora, membra, caput:
Sanus in infanum convertitur, inq; sepultum.
Sus fit, fitq; canis, fit fera tigris homo.
Moly novum profert (fuge Thessala) doctus Ulysses,
Quem mox ad portum noster Apollo vehet!

*Præximo atq; eruditè docto Dn. Respondenti mente
manuq; amica & gratulabunda scribebat*

PRÆSES.

HOc etiam Ebrietas designat? monstrane laudat
Pallas, ut ebrietas paginâ utraq; ruat?
Sobrius ebrietate places, sevoque medelam,
qui vitio haud trita dexteritate paras.
His, licet & pulchrum est, cyathis opplebere. Phœbo
qui placeat, Claris sit bene potus aquis.
gratul. scr.

PHILIP. MÜLLERUS P.P.

Cum tibi non placeat potorium amyltide Profit,
Sed, fugiens calices madidos, redamare diætam
Hœce doces Medicò conamine: Gratulor ergò;
Prosis, proficias, conducas, sisq; saluti!

*Ita fratri suo dilecto cathedram Medicam prima
vice conscendenti animitus precatur*

BERNARD. LONER.

Zweckständtg's Wiederkehr.

Der Saft von Zeres Frucht verschwemmet uns die Sinnen/
Das freche Bacchus-Blut kan uns den Geist gewinnen/
Entmenschet die Vernunft/treibt den Verstand von hinne/
Und läßt die Bildungs-Kraft viel ungereim es spinnen:
Doch hat Minois dort den Faden können spinnen/
Woran Aegides ging' aus Dädals List von hinne:

Es

So kan Machaon wohl Jachens Macht gewinnen/
Und daß uns Jeres Trank nicht könn' und mög' entsinnen.
Ein solches zeigest Du in ofner Sinnen-Bruch/
Mein wehrter Landes-Freund! wie man das Dachus-Blut
Unschädlich brauchen sol; nicht ob dein Tugend-Muße
In Epikurscher Abre gesetzt das höchste Guht:
Mein: was die Kunst hier ruh' und was dem Leben guht/
Das zeigt ist öffentlich dein Geist-erfüllter Muße/
Weil dir in Adern kwilt ein tugendhaftes Blut:
Glük zu dem schönen Tuhn! Glük zu der Sinnen-bruch.

Womit dem Hn. Antwortenden als seinem verbrüderren
Landesmann aufwärtig seyn wollen

Johann Kristoff Lorber/
D. R. B.

Wie man die Trunckenheit recht kan erkennen lernen/
Das melbet deine Schrift/und stelle es dar den Sternen:
Wie man sie wiederum aufs beste sol curiren/
Das thustu/Wehrter Freund/ in solcher recht ausführen.
Et fahre freudig fort! So wird dir Muses-Sohn/
Die Pallas sehen auf die rechte Ehren-Krohn.

Mit diesen geringen warere Schuld-verpflichtet seinem
wehrrn Freund Glück-wünschend auf

JOH. JACOB. Gotter/
der Welt-Weisheit und Arhnei-Ergebener.

Ὦνωσον Ὁραδὸς Φαυλὴν πολὺ Φιλίατε ἌΩΝΕΡ
Ἀηλοῖς μὴ μεΐζουσιν πλὴν μέγιστόν σε πέλειν.

Hec pauca in gratiam Clarissimi Dn. Respondentis
Fautoris & Amici sui unice colendi addere
volebat

BENJAMIN SCHARFFIUS,
Φιλίατε &.

F I N I S.

Jena, Diss., 1670 H-Sch





f

Sb1

VOM







B. V.
THODI COGNO-
ENDI CURANDI
ATEM
M CRAPULAM
ecunda
au
au
Auctoritate
ii in florentissimâ Salana
ndum proponunt
SES
IKEMANNUS,
Medicinæ Doctor,
NDENS
L Loner/
ensis,
arii 1670. h. l. q. c.
fit vinosa &
sobria vita tamen.
nnis Jacobi Bauhoferi.

